

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Missale Ad vsum sacri Ordinis Cisterciensis, nuper a  
mendis quamplurimis repurgatum, ac denuo accuratius  
per viros probos eiusdem ordinis recognitum, [et]  
emendatum - Cod. Lichtenthal 134**

**Le Blanc, Jean**

**[Lichtenthal], [1560 Druck; Handschrift Anfang 17. Jh.]**

Orationes post missam.

[urn:nbn:de:bsz:31-40622](#)

## Orationes post missam.

84.

**C**Oratio post cōmunionē dicēda.

**D**Ec sunt coniuia que tibi pla-  
cent: que nobis orphanis in  
memoriam tue dilectionis reliqui-  
sti. O patris sapientia natus de vir-  
gine: qui non dēdignat⁹ es venera-  
bile corpus tuum tangi & sumi a me  
idignissimo peccatore. Quid tibi di-  
gne reddam p̄o omnibus que retrī-  
buis michi. Si enim totius mundi  
merita in hūnum essent congregata: nō  
valerent tue dignationi aliquate-  
nus comparari. Gratias ergo ago  
tibi domine iesu christe fili dei viui:  
rex regum & dominus dominantiū.  
Gratiarum actiones p̄o posse fra-  
gilitatis mee tue tremende mai-  
stati ac immense pietati piissime ie-  
su refero: quod sacro corpore tuo et  
sanguine animam meam nimis ari-  
dā dulciter refecisti. Rogo te ut quic-  
quid in me vitiosum tue voluntati  
contrarium inuenitur: communio-  
ne huius sacramenti funditus euā-  
cetur et cor meum dignum sancti  
spiritus habitaculum preparetur.  
Et o dulcissime iesu: sit hoc sacramē-  
tum corporis et sanguinis tui sani-  
tas et dulcedo anime mee: salus et  
sanctitas in omni tentatione/ pax &  
gaudium in omni tribulatione: lu-  
men et virtus in omni verbo et ope-  
re/ solamen et tutela finalis in mor-  
te. Amen.

**A**d beatissimam Mariam post  
communionem. **O**ratio.

**O**Serenissima et inclita mater  
domini nostri iesu christi: pia  
& perpetua virgo maria, que eundē  
creatorem omnium creaturarum ī  
tuo sanctissimo corpore digna fuisti  
concipere, eundemq; spiritu sancto  
cooperante intacta et inviolata per  
manens in salutem totius generis  
peperisti, cuius idem veracissimum  
corpus ego indignus & miser pecca-  
tor sumere presumpsi: ad ipsum que-  
so p̄o me intercedere digneris: vt  
quicquid in eius ineffabili seruitio  
ignoranter, vel qualicunque modo  
deliqui tuis sanctissimis meritis et  
precibus ac omnium sanctorum mi-  
chi clementer dignetur indulgere  
ac gratiam tribuere qua de cetero  
emendatius vivere valeam/ sicque  
presentem vitam in sancto timore/  
et solicitudine peragere/ quatenus  
post huius infelicitis vite miseras, fe-  
lici consummata victoria: ad gau-  
dia eterne felicitatis cū his p̄ quib⁹  
oraui/ vel qualicunque modo orare  
teneor⁹ atq; cum omni populo dei vt  
uis simul ac defunctis introduci me  
rēar. Prestante eodem domino no-  
stro iesu christo filio tuo qui panis  
existens angelorum: per te fact⁹ est  
cibus viatorum: super omnia deus  
benedictus in secula, Amen.